

bat. Et hoc exemplum posuit hic Hostien. num. 10. & post eum Jo. Andr. num. 8. vers. Item in a- troque, Mandol. num. 7. & alia plura exempla recenset Jo. Andr. eodem numero 8. & Baldus in 1. Prescriptione, numero 10. & seqq. Cod. Si contra ius, vel utilit. publicam, quæ hic non transcribo, sed per te videas.

67 Ampliatur hæc 4. reg. ut procedat etiam in literis ad beneficia, in quibus pariter subreptio non dolosa, quæ fuit causa unius rei illam solam vitiat, & non aliam, cuius non fuit causa. Ita firmant hic Burr. Imol. Domin. & Abb. relatiâ Felin. numero 2. & idem Dominicus late in repretiis, cap. Postulasti: infra eodem Rota dec. 4. Quidam obtinuit de re scriptis in antiquis, & Calder. conf. 2. eodem titulo & probatur secundum Abbatem & Felin. in ca. Si eo tempore, de re scriptis, lib. 6. ubi subreptio circa ætate non impetrantis beneficii in Curatum vitiat literas quoad ipsum beneficii, non autem quoad beneficium simplex, in quo nulla fuit subreptio.

78 Limitatur primò hæc quarta regula nisi, ob- tentum per subreptionem habeat connexitatem cum reliquis, quia tunc ratione connexitatis sub- reptio vitat omnia, textus est in cap. Constitutum, supra eodem qui loquitur in literis ad beneficia, & notat Abbas hic numero 5. vers. Hoc verum, & post eum Felinus, num. 2. vers. Limita 2. qui idem pu- tant in literis iustitiæ, arg. e. Si super, de Offic. Delegat. lib. 6. & sic intendunt, ut etiam si illa connexa sint talia, quibus expressis omnino li- teras concessisset, nihilominus in illis non valent literæ propter connexitatem quam habent cum partibus literarum subreptitiæ obtentis. Quod bene nota, & idem Abb. in e. Sedes num. 4. ubi etiam Felin. num. 2. supra eodem Franc. in e. Si eo tempore, num. 4. de re scriptis, lib. 6.

79 Limitatur secundò, ut non procedat in privile- giis, quia per subreptionem etiam non dolosam vitantur indistinctè, ut hic firmant Burr. Imol. & Domin. relati à Filino num. 3. qui allegant Cy- num, & Jacobum Burdigar. in 1. Prescriptione, Cod. Si contra ius, vel utilit. public. & Joan. Andr. in ca. Cum dilectis, infra eodem: & rationem reddunt, quia privilegium est lex privata, & mens ge- neralis, & specialis concedentis in privilegio est præcisâ, quia præcisè intendit privilegium concedere. Sed in literis contentiis mens ge- neralis referribentis est inquirere, ut iustitiâ mi- nistratur; & specialis est circa formam, ideoque vitium formæ non vitiat substantiam. Sed tu ad- verte, quia, ut dicit Imola, etiam in literis bene- ficialibus mens Papæ est præcisâ, quia præcisè in- tendit beneficium conferre: & tamen in huius- modi literis subreptio non dolosa quæ fuit cau- sa unius rei illam solam vitiat, & non aliam, cui- us non fuit causa, ut dictum est supra num. 76. er- go idem dicendum in privilegiis: in materia enim subreptionis privilegia, & literæ beneficia- les parificantur, ut tenet Innoc. in e. Cum dilecti- na 2. vers. Quævis in alio casu infra eodem, & Abb. hic, num. 5. Unde merito prædictam limitationem reprobat hic Felin. num. 7.

In glossâ magna nota bene hanc glossam, quia est Magistra, & docet quæ sint exprimenda in re- scriptis, ut vitetur subreptio: & in materia vide decem regulas cum ampliationibus, & limita- tionibus, quas collegit Felin. hic à n. 8. usque in fin.

DE RESCRIPTIS.

Cap. Nonnulli.

S U M M A R I U M.

- 1 **R**em coram delegata Papa trahi non potest ultra duas dietas.
- 2 Episcopi, & archiepiscopi, & Legati au- postur causas delegare ultra duas dietas.
- 3 Episcopus extra diocesim causas audire, aut delegare non potest.
- 4 Reus in qualibet parte diocesis citari potest coram delegato ab Episcopo, etiam ultra duas dietas. & num. 6.
- 5 Metropolitani non potest causas audire, vel committere, nisi in diocesi sua, vel in diocesi iudici à quo fuit appellatum.
- 6 Dietæ non computantur à loco ubi reus domicilium habet, sed à finibus sine diocesis.
- 7 Si agatur actione personali.
- 8 Et quid sit actio realis, aut personalis in rem scripta, vel qua datur ad certam rem.
- 9 Reus tantum gaudet beneficio ut trahi non possit ultra duas dietas, non autem actor.
- 10 Actor originatus si fiat reus in iudicio reconventionis, aut appellationis, vel alius, citari potest etiam ultra duas dietas à finibus sine diocesis.
- 11 Actor in iudicio reconventionis dicitur pariter citare, quam citari.
- 12 Reus convenit potest ultra duas dietas, si partes expressè consentiant in iudice remotis.
- 13 Idem si Papa rescribat ex certa scientia.
- 14 Rei ex scriptis ad curiam trahuntur ultra duas dietas, nisi sint privilegiati.
- 15 Dietæ hoc et rescriba sunt ad unam tantum, ultra quam si fiat delegatio, non valet sententia.
- 16 Dietarum tria sunt genera, & de quibus dicitur hæc constitutio intelligatur. & n. seqq.
- 17 Hostiensis ex villa Secusia originatus.
- 18 Verba ex communi usu loquendi sunt accipienda etiam contra naturam vocis.
- 19 Arbitrium iudicis succedit in his tantum, quæ à lege non sunt determinata.
- 20 Abbates benedicti, an possint tonsuram, & minores ordines conferre secularibus, in quos habent ordinariam iurisdictionem, non obstante cap. 10. sess. 23. Concilii Tridentini. & num. seqq. usque in finem.
- 21 Concilio generali debet expressè, & specialiter derogari, nec sufficit generalis derogatio. Contrarium num. 27. vers. Nec est omittendum. Declaratur, num. 28. & seqq.
- 22 Regulares possunt secularium confessiones audire absque Episcopi licentia, quous Episcopus eam exhibere recusaverit. Contrarium n. 43.
- 23 Privilegia in corpore laici clausa non censentur sublata per generalem privilegiorum derogationem. Contrarium, num. 38. Declaratur, um. 41.
- 24 Privilegium conferendi minores Ordines concessum Abbatibus in V 11. Synodo generali, expenditur. Intellectus cap. Quoniam, 79. dist. ibidem & num. seqq.

Abba-

NONNULLI. Per literas Apostolicas, de hac constitutione mentionem non facientes, non potest quis trahi ultra duas dietas extra suam diocesim, nisi de consensu partium literæ fuerint impetra- tæ: Hoc dicitur ut ad 3. Sant & alii, & dividitur in tres partes. Primo, ponit abulum impetra- tium iudices remotos. Secundo providet ibi, cum autem. Tercio, excipit ibi, nisi.

Nota primò, per iudicem delegatum à Papa quem trahi non posse ultra duas dietas. Hæc enim constitutio loquitur in delegatis Sedis A- postolicæ, ut probat littera ibi, gratia Sedis Apostolicæ abutentes. Et infra ibi, per litteras Apostolicas. Quid in delegatis ab inferioribus? Innocentius hic num. 5. tenet ordinarios, scilicet Episcopos, Archiepiscopos, ac etiam Sedis Apostolicæ legatos bene posse ultra duas dietas trahere litiga- tes, cum id non reperitur eis prohibendum. Sed alii contradicunt quoad delegatos à Metropoli- tanis, & Legatis Apostolicæ Sedis, quos quidem delegatos dicunt debere observare quod delegati Apostolici serventur, arg. e. In casibus, de re iudic, ut refert hic Compollanum, 4. in ver. Per litteras. Tu dic in legatis Sedis Apostolicæ communem opinionem esse contra Innocentium ut scilicet trahere non possint ultra duas dietas. Abb. 7. n. tiq. in cod. ver. num. 3. Hostien. num. 13. Jo. Andr. num. 9. Abb. Siculus num. 3. in fin. & reliqui omnes. Rationem reddit Abb. Antiqui, quia cum legati nequeant contra Concilium dispensare, c. Dilectus, c. Dilectio, & c. Venerabilis, de præben- hanc regulam observabunt (editam scilicet ab Innocentio III. in generali Concilio. ut patet in supra scriptione) in Delegatis à Metropolitanis. Hostien. hic eod. num. 13. sentit cum Inno- cent. ut scilicet non ardeant hac constitutione, eo quod ordinarii non habeant provin- cias admodum distillas; unde non potest de facili reus enormiter gravari, nec est consideran- dus casus specialis contrarius si occurrat. arg. e. Erit autem lex. 4. dist. Sed Abb. Antiqui, distinguit nam aut Metropolitanus vult in propria per- sona, vel in sua curia examinare causam, & potest trahere litigantes etiam ultra duas dietas; quia ex tota provincia constituit ad iudicium Metropolitanicum. c. Scitate 6. q. 2. Atque vult ne- gotium delegare; & satis æquum est ut delegatus extra diocesim ultra duas dietas non citet. & sic moderabitur Archiepiscopus suos delegatos secundum constitutionem Ecclesie Romanæ: nã satis indignum est quemquam Pontificum, vel ordinum sequentium hanc observantiam resista- re, quam beati Petri sedem sequi viderit, & docere, c. Basilicas, de consecr. dist. 1. idem concludit in Episcopis. Sed certe hæc constitutio, quæ permittit ut Delegatus citare possit infra duas dietas à finibus diocesis applicari non potest de- legato ab Episcopo Diocesano; quia Episcopus nec infra unam dietam extra fines suæ diocesis potest causas delegare, c. Episcopum, cum duob. seqq. quæst. 2. c. Placuit, 7. q. 1. & Clem. 1. de foro competet. cum multis similibus. In Episcopis ergo tenentur quod statuitur in c. Cum Episcopus, de off. Ordinari. lib. 6. ut scilicet tam per se, quam per alium possint causas audire, & tribunal erigere in qualibet parte suæ diocesis, dummodo non in loco exempto. Et in Metropolitanis serva

T 3 quod

- 25 Abbatum privilegium ordinandi seculares, in quos ha- bent ordinariam iurisdictionem, an sit insertum in corpore iuris, & n. 27.
- 26 Abbas sit Prebiter, & benedictus, potest Novitio sui monasterii primam clericalem conferre tonsuram, si- cet consultus sit ut ablineat.
- 28 Conciliaria decreta non includuntur in derogationibus generalibus, si derogationes huiusmodi ponantur in litteris gratiæ, & rescriptis contrariis.
- 29 Constitutio posterior tollit priorem directè contra- riam etiam Conciliarem, licet de illa mentio- nem non faciat.
- 30 Concilia generalia habent clausulam derogatoriam ad sequentia rescripta contraria, non autem ad sequen- tes constitutiones, etiam si sint solius Papa.
- 31 Concilii generalis posterioris decretum tollit priorem contrarium, quamvis generali Concilio expressè non deroget, aut de illo mentionem non faciat. & num. seqq. & num. 33. usque ad n. 38. & n. 42. usque ad n. 49.
- 32 Rescriptum contra generale Concilium non valet nisi Concilii fuerit specialiter derogatum. & n. seqq.
- 33 Lex Canonica, vel civilis habens clausulam déro- gatoriam non tollitur per contrarium rescriptum, nisi fiat mentio de illa specialiter, vel per verba acquiescentia.
- 34 Litteræ Apostolicæ, in quibus generali Concilio derogatur, sunt invalidæ, non ex defectu potesta- tis Papa, qui est supra Concilium, sed voluntaria, & n. 44.
- 35 Testamentum primum habens clausulam derogato- riam, rumpitur per secundum, in quo sit clausu- la generalis, Non obstantibus quibuscumque aliis tes- tamentis.
- 37 Intellectus c. Domino sancto 50. dist. Constitutiones Conciliares si inveniuntur in sit contraria, quan- tum ex illis servari debet. ibid.
- 38 Privilegia clausi in corpore iuris multo magis censentur derogatum, quam non inserti.
- 39 Derogatio generalis nunquam operatur circa ignorata in facto consistentia.
- 40 Privilegium insertum in corpore iuris facit ius commu- ne inter nominatos, & de eo indicatur quoad effectum derogatorium, sicut de iure.
- 41 Lex specialis in materia, in qua est privilegium clau- sum in corpore iuris, tollit aliud, etiam si de eo non fa- ciat mentionem.
- 42 Concilium Tridentinum antiquioribus Conciliis, aut privilegia clausi in corpore iuris non consuevit nominatim derogare, quod pluribus exemplis ostendit. & seqq.
- 43 Concilia omnia athenica manant ex eodem fonte A- postolice potestatis, sine qua non habent firmamen- tum.
- 44 Canonibus Apostolorum præiudicatur per posteriores Ca- nones.
- 45 Conciliaria decreta ita sunt interpretanda, ut non sint inania, & elusoria.
- 46 Præsumptio validitatis actus dicitur aliorum præsum- ptionum regina.
- 48 Clausula, Ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, item clausula, Quorum tenores, in generali privilegiorum derogatione annullant etiam privilegia habentia clausulam derogatoriam ad se- quentes contrarias dispositiones.

quod statutum est in e. *vt litigantes*, eod. tit. & lib. ut hic per Io. Andr. *mon. p. 8. & Abb. numero 4.* Quocumque enim subditi trahantur, dummodo non extra suam diocesim, non possunt conquiri, nec laeditur mens hujus constitutionis, qua non prohibet reum citari nisi ultra duas dietas extra diocesim, secundum Abb. *hic num. 2. & mox subijciam.*

Secundo nota ibi, *extra diocesim*; dietas non esse computandas a civitate, vel oppido, ubi reus domicilium habet, sed a finibus suae diocesis, ut hic, & apertius in e. *Statutum*, §. *Cum vero vers. Nullus*: *infra eod. lib. 6. Rationem reddit Io. Andr. hic num. 8. & Abb. num. 2.* quia nullum gravamen inferitur ex impetratione iudicis intra diocesim, cum per totam diocesim trahi possit coram Ordinario, ut in d. c. *Cum Episcopus*, de *ess. ordin.* in 6. Quod tamen verum est si agatur actione mere personali, qua scilicet non est in rem scripta, nec datur ad certam rem, ut actio legis Aquiliae, ex stipulatu, & consimiles. Tunc enim computantur dietae a finibus diocesis ubi reus habet domicilium, ut hic, *Secus vero si agatur actione reali, aut actione personali in rem scripta, ut sunt interdita, quae licet personalia sint, in rem tamen scripta sunt, ut l. 1. §. penult. ff. de interd. & notatur in l. 3. §. Est autem, ff. ad exhiben. vel si agatur actione personali, quae datur ad certam rem, ut actio depositi, commodati, & similes: his enim talibus computantur dietae a loco ubi res sita est, ut infra in e. *Proximo*, secundam opinionem glossa in d. c. *Statutum*, §. *Cum vero*, in ver. *Vnam dietam*, *infra eodem lib. 6. Innoc. hic numero 3 & 4.* & hoc propter odium trahentium ad extraordinarios iudices: nam alias bene licet in reali actione reum convenire ubi habet domicilium, licet alibi res sita sit. *hu. c. De praescrip. long. tempor. vel secundum Compollat.* quando agitur actione reali, aut personali in rem scripta, vel ad certam rem, sic computatio non tantum a loco, ubi res sita est, sed etiam a diocesi, ubi reus domicilium habet. Unde si a fine diocesis, in qua est res, essent ultra quam duae dietae usque ad locum, ad quem citatur reus, non autem a fine diocesis, in qua reus domicilium habet, per huiusmodi citationem non laederetur haec constitutio, *arg. infra, e. proximo* ibi: (ex hoc videatur domicilium habere, &c.) qui textus innuit, ut si ibi habeant domicilium, bene possunt a fine illius diocesis computari dietae & tamen ibi actione reali; scilicet super ecclesia actor intendebat agere; atque ita erat in potestate illius computare dietas, vel a loco reus sitae, vel a loco domicilii conventi, si hoc imperantur expediret, quantum ad hoc ut reus non posset conquiri, quod ultra duas dietas traheretur.*

Tertio nota ex illis verbis, *ut reus fatigatus laboribus*, & *expensu sui cedere, vel importunitatem actoris reducere* compellatur. Hanc constitutionem fuisse editam in favorem rei: solus ergo reus prohibetur trahi extra diocesim ultra duas dietas. Quod statutum est in favorem ordinariae jurisdictionis, *arg. e. Vt dicitur*, de *appellat.* & in odium impetrantium, ut hic patet, secundum *Holt. num. 3.* & quia reus favorabilior est, quam actor, *l. Favorabiliores*, ff. de *reg. iur.* & quia actor sequitur forum rei, *e. Cuius generis*, in-

fra, de *foro compet.* & hoc intelligendum de reo originaliter. Actor vero originalis licet in progressu litis fiat reus, bene potest trahi ultra duas dietas a finibus diocesis suae, dummodo non trahatur ultra duas dietas a finibus diocesis rei. Unde si Romanus conveniat Anglicum ultra duas dietas a domicilio Romani, & postea Anglicus reconveniat Romanum coram eisdem iudicibus: bene citabitur Romanus ultra duas dietas a suo domicilio, sed non a domicilio rei, id est Anglici, ut exemplificat hic *Innoc. & Compoll. in princ.* cum quibus, *Holt. Io. Andr. & ceteri transeant.* Idem dicendum si reus non reconveniat, sed cum actor, qui dedit libellum, desistat, reus vult ut procedatur in causa; quod potest reus. *Auth. Quod semel*, C. *de nom. & quando iud. vel cum actor litteras praecedavit, & vult super sedere; reus vero vult ut procedatur per eas, eum facta sint communes; quod similiter potest reus, ut notatur in e. Ex conquestione*, de *ress. spoliator.* In omnibus enim his casibus, & similibus bene trahi poterit actor, qui modo est reus, ultra duas dietas a finibus suae diocesis, sed non a finibus diocesis rei, secundum *Compoll. num. 1. vers. Item est reus.* Idemque observandum si reus fiat actor in causa appellacionis, vel alio modo; quia non propterea trahi poterit ultra duas dietas extra suam diocesim, cum reo originali hoc beneficium sit concessum. Subdit tamen *Innocentius*, quod actor dicitur potius citari extra diocesim, id est, actor cum reconvenitur, non dicitur trahi, quia potius alium taxit; & sic non habet locum littera ibi, *trahi possit* ut explicat *Cardin. n. 3. vers. Dicit tamen Innocentius.*

Quarto nota in vers. *Nisi, duas casus* in quibus reus trahitur ultra duas dietas coram Delegato Apostolico. Primus est cum de partium consensu litterae impetrantur, quod intellige si partes expresse consentiant in iudice remotos, secundum *Abb. num. 4.* idque fuerit expressum in Delegatione Papae. *Cardin. conf. 7. in princ.* Secundus est, cum Papa ex certa scientia rescribit contra jus: quod facere censetur cum de hac constitutione in litteris mentionem facit, ut per *Burr. num. 7.* Tertium casum addit *Compoll.* videlicet cum causa delegatur in curia: nam de stylo curiae non habet ibi locum haec decretalis: & sequuntur *Io. Andr. Burr. Imol. & Felin. limitantes*, nisi aliquis esset privilegiatus; non enim trahi posset ultra duas dietas, tamen non facta mentione de privilegio: nam si de privilegio Papa notitiam habuisset, verisimiliter ipsum servare voluisset, aut saltem difficillius rescripsisset. Quae ratio cessat cum dat rescriptum in curia contra non privilegiatum; & ita resert *Compoll.* se obtinuisse. Alios octo casus, in quibus exceptio de duabus dietis locum non habet, profert *Felin. num. 30.* Sed extra ipsos reus trahi non poterit extra diocesim ultra duas dietas, & hodie ultra unam, ut est expressum in *Statutum*, §. *Cum vero*, de *rescr. lib. 6.* & ibi notat *gloss. in ver. Vnam dietam*, *Joan. Andr. hic num. 7. Burr. num. 9. Abb. num. 3. Cardin. conf. 71. in princ.* ubi respondit, si Delegatio Papae simpliciter fiat ultra unam dietam abique expressione, sententiam non valere: *§. num. 2. in 2. dicitur*, dicit potest opponi de nullitate, etiam si talis sententia fuerit confirmata.

Dietas

Dietas autem intellige non legales, secundum quod viginti millaria computantur pro dieta, *l. Tertia*, ff. de *verborum signific. 1. Vana*, ff. *si qua cautio nec speciales*, seu singulares, id est, eorum in qui utuntur diplomate felici, & de duabus plura exempla ponit *Holtien.* & in specie a villa Fecula, alias Secula, unde asserit se originem duxisse, usque ad Laurinum Siquidem nomina ex communi usu intelligenda sunt. *e. Ex litteris 1. 1. infra de sponsal. non enim ex opinionibus singulorum, sed ex communi usu nomina exandiri debent, l. Labor*, ff. de *suppella. leg. 3.* & lex debet patriae convenire, cap. *Erit autem lex*, 4. distinctione cum consuetudo sit optima legum interpretis, *e. Cum dilectus*, de *consecr. l. Si de interpretatione*, ff. de *legib. unde magis statuit usum, quam significationi vocis, l. Exors in princ.* ff. de *legat. 3.* de quo plenius notatur in *c. Illud*, 12. *dist.* & ita concludit hic *gloss. in ver. Vltra duas dietas*, *Innoc. num. 2. Compoll. eod. num.* & hoc dictum sequitur communiter *DD.* ut dicit *Abb. num. 6.* Nec multum discrepat *Holtien. num. 10.* qui putat hoc esse arbitrium, ita tamen ut arbitrium reguletur secundum consuetudinem regionis. Quid enim, inquit, si trahatur per medium leucam ultra duas dietas vulgares? Quid si trahatur te factis ultra leucam? & quid si nec vulgares appareant? puta citatur quis in montanis, quod nunquam; aut perraro vadunt homines. Et quidem exceptio in hyeme locum habet, & in altate non potest opponi, ut si Maurianen. civis Ebrudinum citetur. Certe quod legibus omisum est, non omittit religio iudicantis, *l. Quasi sum*, ff. de *testib.* qui & qualitatem regionis considerabit, *l. Praefatus*, ff. de *servit.* & cum hac opinione *Holtien.* ti anstet etiam *Joan. Andr. num. 32.* & consentiunt *Burr. num. 20. & Abb. num. 6.* qui tamen tenent in defectum vulgatum non esse locum arbitrio iudicis, sed recurrentum esse ad legales; quia iudicis arbitrium succedit in his, quae a lege non sunt determinata, *l. 1. ff. De iure delib. cap. De causis*, in *fra de off. Deleg.* & hoc tenet *Gloss. in cap. Cuperientes*, in *ver. Commode*, de *elect. lib. 6.* & *Arcid.* in d. c. *Statutum*, de *rescr. in 6.* An autem potius attendi debeat vita terrestris, quam maritima si dietae sint diversae per terram, & aequam, vide *Arcid. ind. Statutum*, §. *Cum autem*, & *Burr. eod. n. 20.*

Ultimo nota ex hoc textu iuncta supra scriptio- ne, litteras Apostolicas impetratas contra constitutionem in generali Concilio editam, vel habent em clausulam derogatoriam ad sequentes contrarias dispositiones non valere, nisi de constitutione ipsa faciant mentionem *Burr. hic nu. 7. & Felin. num. 2.* de quo latius dicam infra *nu. 21.* Hinc inferunt aliqui modernum ut decretum Concilii Tridentini in *c. 10. sess. 23.* ad mens Abbatis facultatem conferendi secularibus tonsuram, & minores Ordines, non valeat, cum non faciat mentionem constitutionis septimae Synodi, de qua in *c. Quoniam*, 69. *dist.* Hinc articulum plene examino in questione sequenti, ubi expli-

co materiam derogationis ad contrarias constitutiones vel privilegia.

Revoco igitur in dubium an facultas quam habent Abbates, Presbyteri & benedicti conferendi primam tonsuram, & minores Ordines secularibus in quos habent Ecclesiasticam, & quasi Episcopalem jurisdictionem, fuerit sublatam decreto Concilii Tridentini in *c. 10. sess. 23.* Praesens controversia non pertinet ad validitatem ordinationis, seu impressionem characteris; de hoc enim diffusè egi in *c. 1. supr. de suppl. neglig. Pralat.* in quaestione, An Praelatus inferior secularis habens facultatem a Sede Apostolica post Concilium Tridentinum conferendi primam tonsuram, & minores Ordines a secularibus personis secularibus tantum, si conferat aliis, quam expressis in litteris Apostolicis, imprimat characterem, necne sed quae ritur hoc loco an Abbas benedictus licite, ac rite possit ordinare suos subditos seculares, adeo ut non solum ordines conferat, sed etiam ordinum executionem. Et quavis articulus videatur inexcusabilis, eo quod decretum Concilii in d. c. 10. sess. 23. discretis verbis statuatur ut Abbatibus non liceat impofterum alicui, qui regularis subditus sibi non sit, tonsuram, vel minores ordines conferre, nec litteras dimissorias clericis secularibus, ut ab aliis ordinantur, concedere, sed horum omnium ordinatio ad Episcopos, intra quorum diocesis fines existunt pertineat, non obstantibus quibuscumque privilegiis: tamen non desunt ex recentioribus Theologis, qui opinantur contrarium Nam *Sanchez* in *opsul. moral. tom. 2. lib. septimo. cap. 1. lib. 19. num. 20. vers.* Sed hoc non caret difficultate, libere asserit Abbates benedictos hodie eo decreto non obstante licite posse etiam secularibus suis subditis conferre tonsuram, & minores Ordines ac litteras dimissorias concedere, inhius praecipue duobus fundamentis.

Primum est quia cum privilegium minores Ordines conferendi fuerit concilium Abbatibus in generali Concilio, nempe in septima Synodo *cap. 14.* non censetur sublatum per generalem privilegiorum derogationem Concilii Tridentini oportet enim ut generali Concilio expressè, & specialiter derogetur per clausulam *non obstante aliqua lege, vel constitutione etiam in Concilio generali edita*, iuxta textum *hic*, & in *cap. Ex parte*, ubi est casus, ibique notat *Holtien.* & alii communiter de *Capell. Mohab.* & in *c. Eam te, de etas. & qualis. Archid.* in *c. 1. in ver. Noscitur*, de *constr. in 6.* *Baldus* in *l. Humanam*, *Cod. De leg. Jacobatus de Concilio lib. 1. art. 18. Felinus hic num. 2. Roman. conf. 436. numero 11. in fin. vers. Primo ex eo*, *Capra conf. 157. numero undecimo & seq. Covar. lib. 4. variar. resol. c. 16. num. 16. vers.* Sed & ex his diffinitionibus.

Quo fundamento motus Navarr. in *Man. c. 27. numero 265.* opinatus est privilegium concessum Religiosis in *Clem. Duden. §. Si verò*, *idem Pralati de sequit.* nempe audiendi confessiones secularium abique Episcopali licentia quoties Episcopus eam exhibere recusaverit, non fuisse sublatum decreto Concilii Trident. *c. 15. sess. 23.* eo quod est ibi dicitur non obstante quocumque privilegio, non tamen dicitur non obstante privilegio generalis Concilii.

Secundum fundamentum est, quia privilegium T 4 hoc

hoc concessum Abbatibus est insertum in corpore juris, nempe ordinandi in *e. Noniam*, 69. d. 1. *Cum contingat, de atat. & qual. cum concord. d. & dimissorias concedendi in e. Abbat, de privil. in 6. In generali autem privilegiorum derogatione, qualis est quæ habetur in fine d. c. 10. sessione 23 non comprehenditur privilegium in corpore juris clausum, gloss. in *Auth. quæ in provincia*, in ver. *ibi. in fine*, quam ibi sequitur Bartol. in 2. opof. & Bald. vers. *Tertia solutio*, Cod. *Vbi de crimina. agi oporteat*, Gloss. in *auth. Vt omnes obediant iud. in ver. Privilegio*, coll. 5. Bart. in *Extravag. Adreprimendum*, in vers. *Non obstantibus*, num. 11. Roman. cons. 498. In casu quo queritur, numero 14. in fin. & numero 15. vers. *Quo verò ad secundum caput*, Butr. in cap. *fin. in 4. col. vers. Sed est dubium*, de foro comper. Rip. in c. 1. ante, numero 58. supra eadem Felinus hic numero 26. vers. *Duodecima conclusio*, Dec. cons. 104. numero 4. Unde cautela est ut privilegia super immunitate faciat eam inferi in statutis: quia tunc nova impositio ei derogans non operabitur nisi etiam faciat mentionem de insertione, secundum Paul. de Caltr. in d. *auth. Quæ in Provincia*, & Cepoll. cautela, 76. incip. *Dominus, Principes*, Ad idem est gloss. 2. in 8. *omnes*, in ver. *Compelluntur* & ibi Bald. & Paul. de Caltr. ff. *De iudic. Felin.* post alios in c. 1. numero 12. vers. *Vnum in proposito bene nota*, sup. eodem.*

Cæterum his non obstantibus nullatenus est recedendum à dispositione clara d. c. 10. s. 23. nam duo fundamenta, quæ ad eam elidendam ut supra afferuntur, neque in facto, neque in iure ullam habent substantiam.

24 Er quod pertinet ad factum, observandum est in V. II. Synodo generali c. 14. statutum esse his verbis: (Lectoris autem manus impositione scientia est solummodo in proprio monasterio faciendi, si dumtaxat eidem Abbati manus impositio facta noscatur ab Episcopo secundum morem præficientiorum Abbatum, dum constet illum esse Presbyterum) Ex quo contextu colliguntur tres conditiones, quæ necessariò exiguntur ad hoc ut Abbas possit ritè, & ritè ordinare. Prima est, ut sit Presbyter, ut in vers. *Dum tamen constet*. Secunda, ut sit solemniter benedictus; id enim importat manus impositio, de qua Synodus loquitur, cap. *Manus*, l. 1. quest. 1. & notat gloss. in c. *Quantum*, in verb. *Impositio*, 69. dist. Et hæc dux conditiones pertinent ad validitatem ordinationis, ut ibi per Archid. & DD.

25 Tertia est quæ pertinet ad ordinationem ritè celebrandam, ut scilicet Ordines conferat suis subditis regularibus tantum. Quæ conditio satis clarè desumitur ex illis verbis, solummodo in proprio Monasterio: secundum Specul. tit. *De privil. n. 5. vers. Item* nequeunt primam tonsuram conferre nisi conversis, &c. Et quamvis possit ordinare etiam Monachos alterius monasterii si fuerit invitatus, secundum gloss. in ver. *Monasterio*, Item eos, in quos habet ordinariam, & quasi Episcopalem jurisdictionem: hoc tamen non est ex dispositione V. II. Synodi, quæ restricta est ad Monachos proprii monasterii; sed ex indulto Summorum Pontificum, ut mox dicetur, Itaque cum Concilium Tridentinum in d. c. 10. sess. 23. quoad hoc concordet cum decreto V. II.

Synodi generalis, ut scilicet Abbatibus non liceat tonsuram, vel minores Ordines conferre, nisi suis subditis Regularibus, vel quod idem est, solummodo in proprio monasterio, ut loquitur V. II. Synodus: nescitur quo spiritu asseratur decretum Tridentini Concilii non valere, eo quod non derogat privilegio V. II. Synodi: manifestum est enim derogationem non fieri nisi ad contrarià. Atque ita ex facto contrit hoc primum fundamentum.

Similiter nec videtur in facto subsistere ut privilegium hoc ordinandi subditos seculares sit insertum in corpore juris: nam d. c. Quoniam, 69. dist. quod est desumptum ex V. II. Synodo, non loquitur nisi de subditis Regularibus, ut ostensum est supra. Item decretalis Innocentii III. in cap. *Cum contingat, de atat. & qual. dum loquitur de laicis, qui ad monasteria convolantes à suis abbatibus tonsurantur*, intelligitur de transentibus ad monasteria, ut ibi convertantur, & sicut Monachi, ut hæc ipsa verba explicat Glossa in c. *Abbat*, in ver. *Convolverint, de privil. in 6. Unde cum textu loquitur de novitiis, qui veniunt Regularium appellatione, c. Religio*, & ibi Archid. *de sententia excommunicationis*, 6. quoad hoc decretalis non discrepat à decreto Concilii Tridentini: jam enim Sacra Congregatio pro majori parte existimavit d. c. 10. non oblatre quo minus Abbas Presbyter, & benedictus possit novitio sui monasterii clericalem conferre tonsuram; tamen id adiecerit consultuisse, ut ab huiusmodi ordinatione abstinere: quod Concilium præbet etiam gloss. in d. c. *Abbat*, in eodem, ver. *Convolverint, in addit. Datur* (inquit) Concilium quod hoc non fiat infra annum probationis, quia certum est quod postea exire possit, & frans fieri, quæ præcavenda est. Unde illa decretalis Innocentii III. restringitur ad subditos regulares dumtaxat, quod etiam ex eo aperit colligitur quod in illa recensentur ad litteram verba V. II. Synodi generalis; unde sequitur ut sit intelligenda de regularibus tantum, ad quos restringitur V. II. Synodus & non de secularibus. Eodem modo decretalis Alexandri III. in c. 1. de suppl. negli. Præl. quæ tribuit Abbatibus Cisterciensibus facultatem benedicendi suos Monachos & alia, quæ ad officium huiusmodi pertinent exercendi, si Episcopus tertio requisitus subditos abbates benedicere reculerit, restringitur ad subditos regulares. Ideoque gloss. fin. verba illa (& alia, quæ ad huiusmodi officium pertinent) exponit, scilicet ut conferant lectorum in proprio Monasterio, & allegat textum in d. c. *Cum contingat*, & in d. c. *Quoniam*, demum decretalis Alexandri IV. in d. cap. *Abbat*, de privil. in 6. disponit quidem ut abbatibus non liceat aliis, quam monasteriorum suorum conversis, & qui ad illa convolaverint, & in quos ecclesiasticam, & quasi Episcopalem jurisdictionem obtinent, primam clericalem conferre tonsuram, nisi eis id competat ex pleno apostolice Sedis indulto. & ut dicitur ibi Glossa in ver. *Quasi Episcopalem*, si Abbas in parochia sua, vel alio loco habet jurisdictionem in spiritualibus, quod alias de iure debet habere Episcopus, enim puros laicos, nec conversos, nec convertendos potest clericare, sed tamen hoc privilegium non competit

Abba-

Abbatibus in vim prædictæ decretalis, quæ potius venit limitative, seu restrictive ad privilegia Abbatum, quam ut nova illis conferat, ut indicant verba illa, (nec eis licitum sit aliis, quàm monasteriorum suorum conversis, &c.) Et cum Abbates, nec de iure communi, nec ex privilegio canonis habeant jurisdictionem quasi Episcopalem in laicis, sed solus Episcopus, ut dicitur gl. præalleg. & est text. in cap. *Cum Episcopus, de off. ord. lib. 6. cum multis similibus*; sequitur ut Abbates possint ordinare subditos seculares, non ex privilegio nullo in corpore juris clauso, sed solum in vim jurisdictionis quasi Episcopalis, quam habent ex indulto apostolico in iure non inserto, in quo includitur etiam facultas tonsurandi laicos iuxta declarationem prædictæ decretalis Alexandri IV.

28 Sed quatenus in facto verum esset facultatem ordinandi Clericos seculares competere Abbatibus ex indulto V. II. Synodi, seu aliorum Canonum; tamen de iure duo fundamenta in contrarium adducta nullatenus consistunt: nam propositio illa quod in derogationibus generalibus literarum apostolicarum non includantur decreta Conciliaria, nisi illis specialiter derogetur, non habet locum nisi in literis gratis, & rescriptis contra ius, & ita procedunt dux decretales, in quibus eadem propositio principaliter fundatur: altera scilicet in cap. *Ex parte, de Capell. Monachorum*, ubi Abb. & Conven. Raven. asserbant se per litteras apostolicas obtinuisse, ut possent singuli Monachi in singulis eorum Prioratibus commorari contra dispositionem generalis Concilii Lateranensis sub Innocentio III. Altera hic ubi disponitur, ne quis trahi possit ultra duas dietas in vim rescripti apostolici, nisi in eo sit mentio de hac constitutione ab eodem Innocentio III. edita in generali Concilio: at scens est in constitutionibus generalibus; quia posterior indistinctè tollit priorem directè contrariam, licet de illa mentionem non faciat: textus est expressus in c. 1. de const. in 6. ibi: (Romanus Pontifex, qui iura omnia in scrinio peccatoris sui censetur habere, constitutionem concedendo posteriorem priorem, quamvis de ipsa mentionem non faciat, revocare noscitur.) Atque ita expressè dilinguit, & declarat gloss. in ver. *Noscitur*, dicens d. c. *Ex parte, cap. Nonnulli*, & alia iura superiora citata non esse contraria, illa enim loquuntur de rescriptis datis contra legem, quæ non valent, nisi ipsi fiat mentio de lege: At prædictum c. 1. de secunda lege loquitur, qui primam tollit directè contrariam, licet de illa non faciat mentionem. Et potuit esse ratio, ut subdit Glossa, quia maturius, & deliberatius sit legis promulgatio, quam rescripti concessio, ut in proemio c. in fine. Id ipsum censent in d. c. 1. Archid. col. 1. vers. *Revocare noscitur*, & vers. *Vel the plenus*; ubi ait hoc præcipue habere locum in rescriptis, quæ imperantur contra Concilia generalia. Joan. Mon. sub numero 1 ubi opponit de d. c. *Ex parte*, & solvit dicens: (Ibi est casus diversus, non adversus: & est ratio diversitas inter dictos casus: ibi loquitur quando rescriptum datur contra ius commune, quia tunc non videtur Princ. contestare legem per rescriptum, nisi faciat mentionem de ea; sicut de constitutione, quæ

est prima adversa, quia lex fit cum magna solemnitate, ut l. *Humanam*, Cod. *De leg. & iudic.* Princeps deliberatus de condendo iure alieni primo adverso primum tollit; non hic mandando rescriptum, quod cum tanta deliberatione non datur.) Hæc Joan. Mon. & loquitur ibidem Gemm. col. 3. circa medi. in gl. 3. ac reliqui omnes. Et idem Gemm. in c. *Pa. officium*, §. *Denique*, in 2. not. de heret. in 6. Inol. & Clem. 1. in quibus nota. de sepult. & declarat Alex. cons. 111. *Proposuit*, numero 1. vers. *Circa primum dubium*, in 6. Et in rescriptis contra ius loquitur Baldus in d. l. *Humanam*, col. 3. vers. *Sed Dominus*, Col. *De leg. Felinus hic numero 5. in prima vallet.* & alii supra in contrarium adducti, num. 21. Et in dispensationibus contra concilium generale Covarr. *parvarum resol. lib. 4. c. 16. numero 16. vers. sed & in his dispositionibus*. Ex quibus apparet constitutionem apostolicam contra decreta generalis Concilii valere, quamvis Concilio non deroget, aut de illo mentionem non faciat, idque etiam constitutio posterior fit solus Pape; quia generalia Concilia habent clausulam derogatorem ad sequentia rescripta, non autem ad sequentes constitutiones. Philipp. Prob. ad *Monachos*, in 1. numero 3. de const. in 2. & ante eum Oldrad. cons. 325. Ad item num. 3. & alii proxime citati. Et quamvis nonnunquam in constitutionibus, quæ per modum legis universales eduntur, sicut derogationes ad contraria decreta in generali Concilio promulgata; id tamen cense-ri debet factum ad abundantiorum cautelam, non quod derogatio sit necessaria, ut ex prædictis constat. Verum si decreto generalis Concilii opponatur aliud decretum posterius editum in alio Concilio generali, ut nunc proponitur, res videtur esse extra omnem difficultatem. Primum, quia idcirco in derogationibus generalibus literarum apostolicarum non includuntur decreta Conciliaria; quia cum hæc eduntur in generali Concilio summa cum deliberatione, ac maturitate; & converso à Summis Pontificibus nonnunquam literæ contra ius per occupationem, vel importunitatem extorqueantur, quas verisimiliter non concessissent, si ad contrariam dispositionem conciliarem animam applicassent: propterea idemmet Pontifices saepe utuntur eorum rescripta, quæ decretis alienius Concilii generalis adversantur vigorem non habeant, nisi in eis fuerit derogatum generali Concilio. Quod constat ex responso Honorii III. in d. cap. *Ex parte, de Capell. Monach.* ubi decernens non valere literas gratia à quibodam Monachis impetratas contra concilium Lateranense, & de quo in c. 2. de statu Monachorum, cuius nulla mentio facta fuerat, rescribit ut infra, videlicet huiusmodi literas ab apostolica Sede non credimus emanasse; quod si per occupationem fortuito emanaverint, nolimus per hoc derogari Concilio supra dicto: ubi Gloss. in ver. *Occupationem*, dicitur literas præsumptè extortas, vel per occupationem Romani Pontificis, vel per importunitatem petentium. Ad quod conferat textus, in cap. *Si quando*, supra eodem, ubi Alex. III. rescribit Episcopo Ravennaten. ut si quando aliqua eidem à Sede apostolica dirigeretur, quæ illius animam exasperare videatur, aut pareat rescripto, aut causam rationabilè assignet, qua-

re

re parere non possit quia, inquit, patienter sustinebitur, si non feceris quod prava nobis fuerit in iustitiam suggestionem. Quamobrem quod in literis gratia non censetur derogatum generali Concilio, suadent rationes tam ex parte ipsius Concilii, quam ex parte Papae rescribentis. Ex parte Concilii, quia cum statuta ibi edantur matura discussione, & unanimi tot Patrum consensu, equum non est ut eis indeliberate derogetur per speciales posteriores literas. *Eccl. vestra 2. de elec. ubi Gregor. IX. a. gens de forma electionis a Concilio Lateranensi praescripta;* (Neque enim, inquit, credendum est Romanum Pontificem, qui iura tuetur, quod alias excogitatum est multis vigiliis, & inventum, uno verbo subvertere voluisse) Unde Oldr. *conf. 326. Quod articuli, num. 1. in fin. dicit* (praesum non posse quod Dominus Papa iuri nedum publico, sed quali divino cum solemnitate, videret in sacris generalibus Conciliis promulgato, sub tali tacuitate voluerit derogare, cum etiam sit legatus provisione statutum, ut rescriptum nedum contra jus divinum, sed etiam contra jus publicum imperatum extorquendum sit de manibus impetrantis. *l. 3. c. De sacra legitimatione.*) Et infra: (Calumniosum est ergo dicere huiusmodi sacra Concilia tali dissimulatione fuisse sublata, facilius enim tolluntur simplices decretales, & constitutiones, quas solus Papa promulgat, quam unaquaque ex Conciliis cum multitudine, & ex auctoritate tot solemnium personarum, & de ipsarum sensu, & consilio, & tot firmata capitibus promulgata.) Et d. *conf. 328. n. 3.* (Non enim inquit) esset conveniens, ut vallata fortiori vinculo, scilicet Concilii generalis, sic de facili tollerentur, sicut alia, quae sunt tanto vinculo roborata) Haec Oldr. Et generale est, ut cum lex Canonica, vel civilis habet clausulam derogatoriam, non valeat contrarium rescriptum, nisi faciat mentionem de illa specialiter, vel saltem per verba aequivalentia, ut hic ubi Felinus *num. 2. in c. fin. infra eadem* & in *c. v. nico;* & ibi Joan. And. & DD. *de excess. Pralat. in 6. Anchar. conf. 255. in questione, col. 3.* Sed neque ex parte Papae rescribentis censetur derogatum Concilio, quia rescripta huiusmodi praesumuntur ab ipso obtemperata per occupationem, ut dicitur in *d. c. Ex parte, de Capell. Monach.* Unde censetur non emanasse ab Apostolica sede, ideit de scientia Papae, ut ibi explicat glossa in *ver. Asserunt, ad hoc c. Si quando de sent. excom. ubi* (cum per ignorantiam, vel negligentiam, aut occupationem nimiam, vel etiam per subreptionem contingat huiusmodi literas impetrari) tum quia praesumuntur extorta per ambitionem, & importunitatem iuxta *text. in c. Tua fraternitas, de prescrip. & in l. 1. c. De petitionibus bon. sublat. lib. 101.* ubi per importunitatem non concedenda saepe concedimus, dicit Imperator, & notat glossa in *d. c. Tu in ver. importunitatem.* Et Gemini. *conf. 36. quod collectio, numero 2. vers. Quod non praesumitur,* ubi ait Papam non ita de facili derogare Constitutionibus Conciliaribus, & praesumi circumventum. Unde quod litterae Apostolicae contra generale Concilium non valeant, non proveniunt ex defectu potestatis Papae, qui est supra Concilium, *c. 1. 25. quae 1. Innotuit & c. Significasti, de elec. Covarr. lib. 4. variat.*

33

34

resol. c. 16. numero 16. & dixi late in d. c. Significasti. Sed ex defectu voluntatis, quia vult illas non valere, nisi in eis expresse fuerit derogatum Concilio, ut dicitur in *d. c. Eam te, de at. & qual. eo quod est solutus sic legibus;* tamen secundum leges vivere debet, *d. c. Significasti, & l. Digna vox, Cod. De leg. ut in proposito dicit Oldr. d. conf. 326. numero 4. & conf. 328. numero 1.* Nec per rescripta qualibet intendit detrudere utilitati publicae, vel privatae, *l. fin. Cod. Si contra ius vel utilitatem publicam 1. Nec damnosa, & l. rescripta, Cod. De prec. Imper. offerunt sunt canonizatas, 35. quae 2.*
 At huiusmodi rationes omnes cessant cum generali Concilio opponitur aliud Concilium generale; nam quod pertinet ad solemnitatem, utrumque celebratum pari consilio, & maturitate, & utrumque censetur vallatum eidem clausulis derogatoriis. Felinus post alios *hic numero 1. vers. Et nota quod dominus Constitutio* Unde cum par sit vinculum utriusque, ratio pollulat, ut posterior deroget primo: quia nihil tam naturale est quam eo genere quodque dissolvi, quo colligatum est, *l. Nihil tam naturale, ff. De regul. iur. ut in his terminis considerat Oldr. d. conf. 326. num. 3.* Et propterea quamvis primum testamentum habens clausulam derogatoriam non rumpitur per secundum, tamen rumpitur, si in secundo adit clausula generalis, non obstantibus quibuscunque aliis testamentis, *l. Si quis in prim. testam. & ibi Bart. & DD. de leg. 3. Card. in Clem. 1. in 3. quae 1. de sepul. & Bened. Capr. conf. 31. Pandic. Latissime Barbat. in c. Canonesses, col. 37. de testam.* Et quamvis ab emptione quae non tantum consensu, sed etiam traditione est roborata, non discedatur solo consensu; tamen disceditur omnino si in contrarium traditio subsequatur, *l. Ab emptione, ff. De pact. Oldr. ubi supra.* Et generaliter quibuscunque ferre modis obligamur, iidem in contrarium actis liberamur, ut Paul. ait in *l. Verè, ff. De regul. iur. facit text. in l. Pacta novissima, Cod. de pactu in leg. Cum de novo 3. & l. Sed & posteriores, ff. De leg.*

Similiter decreta in secundo generali Concilio palam est non posse dici extorta per occupationem, vel importunitatem: non per occupationem, quia Episcopi in Concilio congregati alii negotiis non vacant, quam pertinentibus ad celebrationem illius, non per importunitatem, vel ambitionem, quia singuli articuli pravo accurato examine, ac discussione suffragiis Patrum distinguntur, *§. Synodus autem, 15. dist. facit, c. Prudentiam, de off. Deleg. sequitur ergo ut constitutio conciliaris posterior deroget contrariae antiquiori, licet de illa mentionem non faciat.*

Neque obstat textus in *c. Domino sancto, in fine 50. dist. ubi Ildorus scribit:* quocumque in gestis Conciliorum discors sententia invenitur, illius Concilii magis teneatur sententia, cuius aut antiquior, aut potior extat auctoritas. Nam respondetur praed. auctoritatem procedere quando ambae constitutiones sunt particulares, & locales, iuxta textum in *c. in Canonibus, 19. dist. secus si ambae constitutiones Conciliares sint generales, quia semper posterior praed. iudicat priori, ut in c. 1. extra de cognat. spirit. Ita formaliter*

37

liter declarat gloss. in *d. c. Domino, in ver. Discors.* Et quamvis haec solutio non placeat ibi Praeposito, eo quod si constitutiones sint diversorum locorum, unaquaque servari debet in suo loco; si sint eisdem loci, posterior derogat prioritate textus intelligi potest de Concilio antiquiori dignitate, & auctoritate, non autem de antiquiori quoad tempus tantum; quia tunc posterior generalis derogat primo; secundum Hugon & Archid. *n. 4.* Unde Turrecrem. *107. n. 2.* & idem Praepositus *n. 6.* (Si dissensio quae reperitur in canonibus universalium Conciliorum sit circa ea, quae sunt juris positivi, ut puta circa regimè humanæ vitæ aut disciplinam Ecclesiasticam, concludunt absolute standum esse constitutioni posteriori Conciliorum; quia cum huiusmodi aegilologia humana habeant materiam variabilem, pro loco, tempore, & conditionibus personarum saepe ita tunc priorum Conciliorum temperantur, suppletur, atque etiam corriguntur per posteriora Concilia.) Haec illi unde August. cuius est, haec conclusio, *lib. 2. de baptis. contra Donatistas,* ait (saepè priora Concilia posterioribus emendari cum aliquo rerum experimento aperitur quod clausum erat, & cognoscitur quod latebat.) Ergo ut Turrecrem. & Praepos. subdunt locum est, in talibus non habet locum antiquitas, quantumcumque magna fuerit auctoritas, quoniam aliqua superioribus temporibus erant convenientia, quae nostris plurimum dispendiosa essent, ideit quasi impossibilia, *c. Non debet, cum vulg. de consang. & affinit. sicut patet in canonibus Apostolorum circa dispositionem clericorum fornicarii.* Patet etiam de Concilio illo praestantiss. Nicano, cui circa dispositionem sedium Patriarcalium praed. iudicatum est per Concilium universale VI. ut in *c. Renovantes, 22. dist. & illi statuer, & praed. iudicatur Nicano, licet sit antiquioris, & potioris auctoritatis, & de eo nulla ibi mentio facta fuerit. De intellectu autem d. c. Domino sancto, 15. dist. vide plenissime ibi per Turrecrem.*

Nec est omitterendum secundum Innoc. in *d. c. Ex parte, in ver. Mentio, de Capell. Monachorum* verum non esse in literis, quas Papa concedit, indistinctè esse faciendam mentionem de iure, etiam si sint statuta Conciliorum, eiusque opinio quatenus affirmat quoad derogationem non esse constituendam differens inter constitutiones conciliares, & alias constitutiones, forte verior est secundum Felin. *hic numero 3. vers. Sed non videtur verum,* qui ex mente Innocentii in contrarium retorquet textum in *c. Eam te, de et. & qual. & in d. c. Ex parte,* quem itidem contrarium probare observat etiam Alex. *conf. 111. Perspectus, num. 6. lib. 6.* Et quamvis ut Felin. subiicit, non sit de facili recedendum a contraria sententia Archid. 1. quam videtur sequi totus mundus, & tenet Rota apud Cassad. *decis. 2. num. 8. vers. Pro decisione, de Pr. ab.* tamen cum illa non transeat absque contradictione, ac difficultate; non debemus eam extendere extra casum litterarum contra jus, in quo Archidiaconus loquitur. Concludendum est igitur per dispositionem posteriorum Concilii generalis indistinctè censeri sublata decreta contraria antiquorum Conciliorum, licet de illis mentio facta non fuerit. Et hanc sententiam alius probavit S. Congregatio

Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, Nam cum Episcopus Tarraconen. quatuorset an dispensationes quae in *cap. de multa.* (Quod est generalis concilii Lateranen. sub Innoc. 111.) de praeb. prolegitimis habentur, videlicet circa sublimes, & literatas personas censentur revocatae per Concilium Tridentinum, *sessione 24. c. 17.* ibi (quibuscumque dispensationibus non obstantibus,) cum de eis non fuerit habitatio specialis: Sac. Congregatio censuit comprehendere etiam dispensationes, de quibus in *d. c. De multa,* nec opus fuisse specialis mentione, aut derogatione juris communis.

Quod verò spectat ad privilegia, multo magis debet censeri derogatum insertis in corpore iuris, quam non insertis: nam est privilegium Canonum difficilius constituerit derogari, *l. Eius militis, §. Militia missi, ff. De militar. iustim.* tamen quoad non inserta allegari potest defectus intentionis Papae propter illorum ignorantiam, vel oblivionem, ut constat ex *c. Ex parte, de offic. Deleg. in illis verbis:* (Si memoris fuissimus nos pro praedicto N. litteras direxisse, ad clerico, nullatenus scripsissimus) Quae quidem ignorantia praesumi non potest de insertis in corpore iuris. Et haec est ratio cur Pontifex per posteriorum constitutionem censetur tollere priorem contrariam, licet de illa mentionem non faciat, & tamen non censetur tollere particularia statuta, vel consuetudines, iuxta textum in *cap. 1. de constitut. in 6.* generalis enim derogatio non operatur circa ignorata in facto consentientia. Tiber. Decian. *conf. 40. num. 87. & seq. lib. 3.* Et in terminis ob hanc rationem ita tenet Franc. in *d. cap. 1. num. 5. vers. Limita tamen,* dicens privilegium in corpore iuris clausum revocari per contrariam constitutionem, etiam si de illo non fiat specialis mentio, cum praesumatur scientia illius, sicut & juris communis. Et sequitur Felinus in *cap. 1. num. 11. vers. Sollicit. 3. supra eodem,* ubi similiter concludit privilegium derogans iuri communi in corpore iuris clausum tolli per contrariam dispositionem, etiam nulla facta mentione privilegii, quia illius mentio non est necessaria, sicut nec juris communis: non sic ubi primum est extra corpus, quia praesumitur Papae incognitum: subdens ita tenere communiter Doctores, sicut etiam testatur Decius *lib. num. 52. vers. Et praed. a conclusiones.* Et quamvis contrarium sentiant in *d. c. Abbas & Barbat. tamen secundum Felin. tutius est tenere communem, Et ab ea non esse recedendum dicit etiam Dec. eodem numero 52. in fin. quam etiam tenet Geminianus in *cap. ignorantia, numero 6. vers. Item in respectu, 38. dist. & in c. 1. vers. Quare quia, de consuet. in 6.**

Principalis ratio est secundum Felin. & Dec. ubi supra, quia si faciendae sit mentio privilegii inserti in corpore iuris, id non alia causa potest contingere, nisi quia privilegium sic insertum facit jus commune inter nominatos, ut per gloss. 4. in *c. Constitutionem, de reg. in 6. & in Clem. Dudum, §. Perum, in ver. De iure, de sepul. & per Joan. Andr. post Hosien. in *c. Ex parte, in primo, numero 3. super ver. Ceteris, de Decim. sed juris communis non est faciendae mentio, cap. primò de spons. & de cap. primò de constitutione in 6. & tradit Innocentius & omnes in**

40

in dicta capite 1. supra eodem, ubi in specie Felinus numero 11. in 2. fallen. Ego nec privilegii inserti in corpore juris: nam quoad effectum derogatorium ita iudicatur de privilegio in iure clauso, sicut de iure. Gloss. in c. vs circa, s. r. in ver. Corporali, vers. item privilegium, de electione in 6. & ibi Gemin. & Franc. in d. c. 1. vers. Limita tamen, de constit. in 6. Ideoque per generalem derogationem, quae habetur in fin. cap. Alma mater, de sent. excomm. in 6. sublaturum fuit privilegium Templariorum, & Hospitaliorum in corpore juris insertum, nempe in cap. Vt privilegia, supra de privil. secundum Gloss. & Archid. in d. c. Alma mater, in ver. Concessis, Abbas vero loquitur secundum opinionem illorum, qui tenent in privilegio esse derogandum juri communi, quae tamen opinio reprobat, & fundamentum ejus tollitur, quia eo ipso quod datur privilegium, videtur jure communi derogatum, ut notat Bald. in l. item Lapilli, col. 5. vers. Et nota, ff. De ver. signif. Et ita ad opinionem Abbatis respondet Dec. in d. cap. 1. num. 12. vers. Sed dicendum est, praeterea Abbas & Barbat. venient ea specialis ratione, quia in Principe non est verisimilis recordatio privilegii in corpore juris clausi propter importunitatem impetrandum. At haec ratio, quidquid sit de illius veritate, militat tantum in privilegiis, & litteris gratiae, quae conceduntur contra privilegia in iure inserta, non autem in derogatione privilegiorum quae fit in generali Concilio, ut dictum est supra num. 15.

41 Neque obstant auctoritates in contrarium adductae supra num. 3. liquidem procedunt tantum quando lex, vel Princeps revocat generalia privilegia, eo enim casu cum per hujusmodi revocationem non tollat jus commune; consequens est nec tollat privilegia in iure inserta, quae continentur naturam juris communis. Unde eo casu cum derogatio privilegiorum possit referri tam ad inserta, quam non inserta; ex verisimili mente referri debet potius ad non inserta. At secus est si fiat lex specialis in materia, in qua est privilegium in corpore juris clausum, ut in casu nostro, in quo Concilium Tridentinum edicit speciale decretum in d. c. 16. sess. 23. contra jus, quod habent Abbates ordinandi Clericos seculares, in quos habent quasi Episcopalem jurisdictionem juxta c. Abbates, de privileg. in 6. hoc enim casu sicut jus commune, ita privilegium in iure clausum tollitur per generalem privilegiorum derogationem: ita singulariter determinat Bart. in Extrav. Ad repraesentandum, vers. in Non obstantibus, col. fin. quem refert & sequitur Felinus in d. c. 1. numero 12. in fin. vers. Salvo nisi vendendo legem: & apertius declarat Dec. ibi numero 33. his verbis: (Paret ex praedictis quod facilius derogatur privilegio inserto in corpore juris, quam non inserto: & hoc procedit quando tollitur jus commune; tunc enim tollitur facilius insertum, quia jus commune reputatur, secus est quando non tollitur jus commune; sed tollitur privilegium, quia tunc facilius tollitur non insertum, quia est privilegium proprium, & simpliciter, quam tollatur insertum, quod non videtur privilegium simpliciter, ex quo de eo iudicatur idem, quod de jure communi.) Haec Dec. subdens hoc secundo casu habere locum glossas quae

volunt ut tollatur privilegia, non videantur tolli inserta in corpore juris. Praeterea contraria opinio procedit tantum in privilegio speciali in iure clauso, cui non intelligitur derogatum per constitutionem juris communis, nisi de eo sit specialis mentio. At secus est in privilegio generali, quale est privilegium concessum Abbatibus ordinandi Clericos seculares, in quos habent Episcopalem jurisdictionem: quia utcumque sit insertum in corpore juris, nempe in d. c. Abbates, de privil. in 6. tamen censetur sublaturum per posteriorem constitutionem illi contrariam, etiam nulla facta mentione privilegii. Ita post alios distinguit, & declarat Philipp. Franc. in d. c. 1. n. 5. vers. 2. ad tamen intelligit, de constit. lib. 6.

24 Valde confirmatur praedicta ex hyllo Tridentina Synodi, quae antiquioribus Conciliis, vel privilegiis in corpore juris clausis nominatim derogare non contulerit, si quando contra illa ex iustis, & rationabilibus causis aliquid statendum duxit. Unde in c. 21. sess. 25. de regul. correxit decretum Concilii Lateranensis, de quo in cap. Monachi, de stat. Monachorum, quatenus permittit Monachis habere peculium de licentia Abbatis, ut Sacra Congregatio Concilii, aliis declaravit adversus sententiam Navari, & scripsi latissime, in d. c. Monachi, tamen generali Concilio neque ibi derogatur, neque in c. 22. ubi ponuntur amplissime derogationes quoad decreta omnia illius sess. eodem modo in cap. 6. eiusdem sess. 25. de regul. ex sententia Sac. Congregationis in electionibus Superiorum regularium sublata fuit forma eligendi per compromissum, vel quali per inspirationem a generali Concilio praescripta in c. Quia propter, de elect. Et tamen de Concilio Lateranensi nulla fit mentio. Et in c. 2. sess. 24. dum praecipitur ut provincialia Concilia quolibet saltem triennio celebrentur, tollitur obligatio ea celebrandi singulis annis inducta per constitutionem Innocentii III. editam in generali Concilio; de qua in c. Sicut, de accusat. Arque, ut alia omittamus, dum in c. 12. sess. 23. praefinit vitatatem vigesimi secundi anni inchoari ad Subdiaconatum, & vigesimi tertii ad diaconatum, abrogavit dispositionem Concilii Viennensis, qua constitutum erat, ut quis liber posset in decimo octavo ad Subdiaconatum, & in vigesimo aetatis suae anno ad diaconatum ordinem promoveri. Et tamen in eod. c. 12. Nullam fecit mentionem Viennensis Concilii. Sed & in privilegiis clausis in corpore juris idem omnino observat. S. Synodus sive illa sint conciliaria, sive non.

28 Ac propterea, in c. 15. sess. 24. contra opinionem Navari, de qua supra n. 2. ex sententia ibidem Sacre Congregationis tulit privilegium Clementis V. concessum regularibus in concilio Viennensi, de quo in Clem. Dudum §. Si vero idem Praelati, de sepult. audiendi scilicet confessiones secularium sine ordinariorum licentia, quoties ordinarii eam exhibere recitaverint. Et in c. 6. vers. Si autem, sess. 27. ademit clericis non habentibus requirita ibi praescripta fori privilegium, ordini Clericali concessum etiam in Concilio Parisiensi, ut habetur in c. 2. de for. comp. Et tamen nemo unquam in dubium revocavit validitatem decreti Concilii Trident. ex quo quod Parisiensi Concilio non derogaverit Rursus in c. 17. sess. 24. ademit Cardinalibus privilegium retine-

di

di ex dispensatione Apostolica plura beneficia curam animarum habentia in corpore juris clausum, de quo in Extrav. Jo. XXI. Excebatibus, de prob. nam & Extravagantes praedicta sunt pars corporis juris, ut Gregorius XIII. in sua constitutione declaravit. Item per generalem derogationem, quae habetur in c. Vnico sess. 22. de observan. & evit. in celebr. Miss. sublaturum est privilegium fratrum Praedicatorum, & Minorum celebrandi Missam in altari viatico absque Diececesani licentia, de quo in c. In his, de privil. ut censent Navar. in Man. c. 25. num. 82. in fin. Suarez. tom. 3. disp. 81. sect. 3. in fin. Henric. in summ. lib. 9. c. 27. num. 2. in gl. littera. S. & late probatum est, in c. In his infra de privil. in quaestione, utrum fratres Praedicatores in claustris monasterij sui ordinis possint in altari portatili Missam celebrare etiam invito Episcopo dicecesano: ubi alia exempla hisimilia concessimus.

In his ergo & plurimis alijs casibus, in quibus Tridentina Synodus non derogavit contrariis decretis aliorum Conciliorum, aut privilegij Canonum, si diceremus illius dispositionem non valere, id aut contingeret ex defectu potestatis, aut voluntatis. Non primum, quia utriusque Concilij generalis aequalis est auctoritas, & par in parem non habet imperium. c. Innotuit, de elect. omnia enim Concilia aecumenica manant ex eodem fonte Apostolica potestatis, sine qua non habent firmitatem, ut habetur 22. dist. perrot. c. 1. & seg. 17. dist. c. Ideo. 2. q. 6. & c. Significasti de elect. & tradit post alios Covarr. variar. resp. lib. 4. cap. 16. num. 6. Itaque in dispositionibus hujusmodi non habentibus clausulam derogatoriam non negari potentiam derogandi scripsit Gemin. in c. 1. in 6. col. vers.

45 Ego credo, de constit. in 6. & Felin. hic post alios num. 5. in 6. ampl. Ideoque etiam Canonibus Apostolorum per posteriores Canones praedictatur. c. Presbyter. 82. dist. gl. in c. Domino sancto. in ver. Dispar. 50. dist. ubi etiam declarat quomodo fieri possit ut unus Canon iuste adversetur alteri, cum omnes sint promulgati in instinctu Spiritus sancti. Neque secundum, quia cum in generali Concilio constitutiones dici non possint extorere per occupationem, vel importunitatem, aut circumventionem, ut superius dictum est: defectus voluntatis aut oriri potuisset ex ignorantia antiquiorum Conciliorum, vel Canonum; & absurdum est de tot Patribus hoc asserere: imò enim quod à pluribus queritur sapientibus facilius invenitur, c. De quibus, 25. dist. & per ampliores homines perfectissima veritas revelatur, l. ult. ad fin. C. De fideicom. & c. Extra conscientiam, 64. dist. gl. in c. Prudentiam, in ver. Plurimorum, infra de off. deleg. aut quia per errorem crediderint illis non fuisse specialiter derogandum; & hoc ex iisdem rationibus convincitur esse calumniosum. Error enim juris in Concilio generali non est tolerabilis. Oldrad. conf. 326. num. 15. vers. Ex quo etiam convincitur.

46 Aut denique quia non habuerint intentionem, seu voluntatem illis derogandi; & secundum hoc voluissent facere actum inanem, & elusorium, quod similiter non est dicendum. Nam, ut ait Oldrad. d. conf. num. 4. (in his quae in generali Concilio cum tanta maturitate, & solemnitate deliberatione transeunt, seu examinatione

Prosp. Fagn. in 1. Decretal.

elimantur, nihil est, nec esse debet quod frustra membranas occupet.) Hac ille, Nec Synodus censenda est eligibilem, per quam ejus iudicia possint subverti. l. 3. ff. De testam. milit. l. Quoties. la. 2. ff. De reb. dub. Bart. in l. Scie. §. Cato, 47. de fund. instr. Et hanc conjecturam validitatis actus esse ceteris potentior scripsit Ruin. conf. 72. nu. 4. vol. 2. & Dec. in l. In testamento. n. 17. C. De testam. milit. Quinimò eam dicit esse reginam aliarum interpretationum, Ceph. conf. 35. num. 49. & Card. Mant. de coniect. vult. volunt. lib. vult. tit. vult. num. 13. Quae conjectura eo magis sumenda est in casu praesenti, quia si decreta Trident. Concilij ex hoc defectu specialis derogationis non valeret, magna ejusdem Concilij pars subverteretur, quod quam sit absurdum, nemo non videt.

48 Ex abundantia quatenus derogationes Tridentinae Synodi non fuissent, extat motus proprius Pij IV. incipien. In Principis Apostolorum, 13. Kal. Mart. 1565. in quo amplissime derogatur privilegij, & indulgij omnibus, ac si de verbo ad verbum essent inserta in his, quae decretis Tridentini Concilij contrariantur. Haec autem clausula sufficit ad derogandum legi contrariae habenti clausulam derogatoriam ad rescripta, sicuti habent Concilia generalia, non solum si apposita fuerit in generali constitutione; sed etiam in privilegiis, & litteris gratiae, ut tradit Ant. de Butr. in c. 1. supra eod. Bart. in l. Si quis, in princ. testam. de leg. 3. idemque operatur clausula & certa scientia, & de plenitudine potestatis apposita in litteris Pij IV. ut per Alex. conf. 111. Perpectis lib. 6. ubi consuluit pro quatuor Cardinalibus creatis a Paulo II. per litteras in forma brevis exhibitas post obitum ejusdem Pontificis: & latissime respondit eas litteras valere, & per clausulas antedictas fuisse sufficienter derogatum Extravaganti Eugenij IV. incipien. In eminenti, habenti clausulam derogatoriam, & annullativam eorum, & in contrarium fuerint. Quemadmodum autem per litteras gratiae cum clausula, Quorum tenores, vel, ex certa scientia, derogatur contrariis constitutionibus generalibus etiam habentibus clausulam derogatoriam ad rescripta: ita per constitutionem generalem habentem aliquam ex praedictis clausulis derogatur contrariis privilegij, quamvis habeant clausulam derogatoriam ad sequentes contrarias dispositiones, Felin. hic num. 2. in secunda, fallen. & num. 6. in fin. vers. Sed ubi agit. Rom. conf. 327. num. 8. vers. 2. respondeo, ubi probat sufficere derogationem in genere cum clausula, pro expressis, quando Papa rescribit motu proprio, vel per modum legis generalis, aut ex certa scientia, & ibi apostolica citat plures, & testatur de communi opinione; alias enim Papa non posset derogare valide, ut considerat Feder. de Sen. conf. 27. Habita super casu, num. 2. Si diceremus, inquit, quod generalis derogatio privilegiorum antecedentium non sufficeret, jam indifferenter auferetur Papae potestas tollendi, & derogandi privilegij derogatorij; quod nefas est sentire. Idem dicimus quod per sufficientia generalia derogatoria posita in lege, vel Canonibus, vel decretis, vel alio privilegio, derogatur specialibus privilegij quantumcumque habentibus specialia clausulas derogatorias, allegat. c. Quia super.

v

sup.

sapē, de elect. c. vi. officium, de heret. & c. 1. De sent. excomm. in 6. Et sequitur Dec. cons. 164. Viso tenore in princ. dicens sic servari de stylo curiæ; & similiter testatur de communi, post Jo. de Ann. cons. 56.

Hactenus ostendimus decretum Concilij Tridentini, in d. c. 10. sess. 23. frustra oppugnari ex hoc capite, quod Septimæ Synodo generali, aut privilegij Canonum non derogaverit.

49 Sed alij paulo modestius non audent affirmare decretum illud esse nullum, sed dicunt in eo non comprehendi Abbates, qui habent jurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem in Parochos, & Parochianos privative ad Episcopum; ita Stephanus Gratianus discept. foren. tom. 2. c. 212. per tot. & alij recentiores. Sed hanc quoque opinionem falsam esse probavimus in c. Significasti, infra de off. Archid. ubi plenè videas.

An autem constitutio edita à Papa in generali Concilio dicatur Conciliaris quoad effectum derogationis dixi latissimè in c. Ex parte, de Capell. Monachor.

DE RESCRIPTIS.

Cap. Ad audientiam.

S U M M A R I U M.

- 1 Imperans an teneatur facere mentionem de litteris ad beneficia prius renunciatis.
- 2 Imperatio beneficij vacantis non facta mentione receptionis vigore litterarum advocatur, valet si receptus velit renunciare iuri, quod habet ex priori receptione.
- 3 Imperans non tenetur facere mentionem de beneficio iam resignato.
- 4 Expectans potest renunciare litteris imperatis, & eorum commodo non solum expresse, sed etiam tacite.
- 5 Expectans nullum contrahit vinculum spirituale cum beneficio, quod expectat, nec habet ius in re.
- 6 Expectans an possit renunciare litteris pro pecunia sine labe simonie, & num. seq. usque ad n. 13.
- 7 Littere ad beneficia an conferant ius spirituale, & num. seq.
- 8 Expectans non consequitur ius in re, nec ius ad rem, sed ius quoddam preparatorium ad beneficium obtinendum.
- 9 Ius consequitur ius ad rem.
- 10 Et quamvis non habeat ius spirituale completivè; habet tamen initiativè.
- 11 Simonia non committitur si purè renunciatur litteris ad vacaturam, & postea reservetur renuncianti annua pensio.
- 12 Dummodo tamen hoc explicetur autoritate superioris.
- 13 Simonicum non est in pactum deducere etiam in spiritualibus ea, que precipiuntur à iure, dummodo deducantur eo modo, quo tacite insunt, num. 17.
- 14 Expectans non potest secundum beneficium adipisci, nisi renunciet litteris.
- 15 Beneficium secundum volens obtinere potest in pa-

- ctum deducere resignationem primi.
- 16 Propter concursum iuris quandoque quid amittitur ad naturam alterius.
- 17 Simonicum est ex pacto sepelitur an eligere in eo loco, in quo quis de iure sepeliri debet.
- 18 Item deducere in obligationem civilem, id quod debetur naturaliter tantum.
- 19 Simoniæ an committatur qui debitori suo dat aliquid spirituale ut quod suum est recuperet.
- 20 Littere beneficiales subreptitæ sunt ipso iure nulla.
- 21 Et de factio revocari debet quicquid illarum vigore intentatum est.
- 22 Processus habitus per litteras subreptitias est ipso iure nullus, & potest detecta subreptione quandoque revocari.
- 23 Beneficium possideri non potest, nisi canonice habeatur.
- 24 Littere in beneficij per subreptionem obtentis est loci tui.
- 25 Tacite conditionis de seclis impedit litteras ne producantur in esse.
- 26 Subreptio vitiat privilegia, & beneficia Principum ipso facto.
- 27 Subreptio vitiat litteras gratiosas, etiam si ignoranter, & per simpliciter fuerit subreptum.
- 28 Littere contentiose per subreptionem non vitiantur ipso iure, sed annullari debent ope exceptionis.
- 29 Rescriptam subreptitè impetratam ob taciturnitatem primi non est nullum.
- 30 Processus in vim litterarum subreptitiarum ad lites valet parte non opponente.
- 31 Rescriptum subreptitum tribuit iurisdictionem, si de subreptione oppositum non fuerit, & n. 38.
- 32 Littere contentiose super beneficij quoad subreptionem regulantur sicut alia littere contentiosæ.
- 33 Processus super executione litterarum beneficiorum habitus per iudicem principaliter deputatum super contentione beneficiale valet, si de subreptione non fuerit oppositum.
- 34 Processus habitus coram excoatore litterarum beneficiorum subreptitè impetratarum an valet, & n. seq.
- 35 Excoator cum assumit partes iudicis iudicatur de eo sicut de iudice.
- 36 Processus venit accessorie ad gratiam, & ideo vitiatur ad limites ipsius gratia.
- 37 Subreptio cur magis insiciat litteras gratia, quam iustitiam.
- 38 Iurisdictio an tribuitur per litteras subreptitias.
- 39 Falsa littere nullam conferunt iurisdictionem.
- 40 Pensio an sit beneficium, & veniat beneficij appellatione, latissimè examinatur usque ad n. 121.
- 41 Pensionum dua sunt species.
- 42 Pensio cessante fraude super fructibus Ecclesie constituitur potest nomine beneficij.
- 43 Beneficium super alio beneficio creari potest, dummodo id fiat sine labe simonie, & absque scissura beneficij.
- 44 Pensio, que in titulum beneficij assignatur, verè, & proprie est beneficium Ecclesiasticum.
- 45 Et diffinitur sicut beneficium.
- 46 Item de illa fieri debet mentione in litteris, sicut de beneficio.

Item

- 47 Item simonicum est pro ea obtinenda pecuniam dare.
- 48 Pensio quid sit, & unde dicatur, & n. seq.
- 49 Pensio pendet formaliter à beneficio, à quo detrahitur, sicut usus fructus à proprietate.
- 50 Pensio, que simpliciter constituitur super fructibus Ecclesie, & alicui assignatur autoritate superioris, an sit beneficium, & beneficij nomine intelligatur, & seq. usque ad n. 74.
- Referantur authores, & argumenta pro opinione affirmativa. ibid. & n. seq.
- 51 Pensionis facienda est mentio in litteris ad beneficia, sicut & beneficij.
- 52 Pensio representat ipsum beneficium.
- 53 Dicitio, alius, implicat simonia.
- Nisi per alia iura declaratur aliquid non esse simile. num. 56.
- Item denotat diversitatem in supposito, & identitatem in substantia, & est implicativa eiusdem generis. n. 55. & 65.
- 54 Nullum simile est idem.
- 55 Subrogatum sapit naturam eius, cuius loco subrogatur.
- 56 Sed non est idem cum subrogato.
- 57 Patrimonium, ad cuius titulum quis ordinatur, quamvis beneficium representet, non tamen est beneficium.
- 60 De Presimonia an debeat fieri mentio in litteris, & num. 62.
- 61 Hospitalis an sit beneficium, anve de eo in litteris sit facienda mentio, & n. 63.
- 64 Referantur authores, & fundamenta pro sententia negativa.
- 65 Pensio non includitur in mandato de providendo alicui de beneficio usque ad certam summam.
- Intellectus c. Quamvis, de preben. lib. 6. ibidem & n. seq.
- 67 Beneficium curatum in mandato de providendo non comprehenditur beneficij appellatione.
- 68 Ecclesiarum civitatis appellatio in litteris beneficiabilibus non includitur Cathedralis.
- 69 Pensio ex stylo Concilij Tridentini non habetur pro beneficio, & n. 130.
- 70 Dicitio, verò, est adversativa procedentium, & adversatur in iure, & in facto.
- 71 Pensio est stipendium mere temporale nihil habens spiritualitatis annexum, & cadere potest etiam in laicum, & n. 81. & 128.
- 72 Item potest pretio constitui, transferri, ac redimi sine labe simonie.
- 73 Nec de illa fieri debet mentio in litteris.
- 74 Pensio, que hodie ex stylo assignatur loco beneficij, an sit beneficium Ecclesiasticum, & veniat illius appellatione, & n. seq. usque ad n. 121.
- 75 Non est quid mere temporale, sed spirituale, vel spirituale annexum, & preæquirat clericatum in litteris beneficij, & n. 81.
- 76 Nec reservari debet nisi in habitu Clericali, & consura incedentibus, præterquam si non excedat sexaginta ducatos auri de Camera.
- 77 Clericatus tamen requiritur, etiam si pensio sexaginta ducatos non excedat.
- 78 Laico reservari non potest nisi per Papam.
- 79 Pensionarij olim non tenebantur ad horas; sed hodie ex constitutione Pij V. obligantur ad officium parvum B. M. Virginis.
- 80 Pensio datur hodie propter officium, sicut beneficium.

Prosp. Fagn. in 1. Decretal.

V 2

Nomen

- 81 Et in Rotæ auditorio receptum est ut non sit quid profanum, sed annexum spirituali.
- 82 Simonicum est pensionem constituere, vel transferre, aut redimere pecunia interveniente.
- 83 Pensio extinguatur non potest anticipatis solutionibus sine autoritate Pape.
- 84 Gratis tamen remitti, & condonari potest in totum, vel in parte, simpliciter, vel ad tempus.
- 85 Subsidium charitativum solvitur de pensione sicut ac beneficio.
- 86 Seminarij taxa solvi debet ex fructibus non modo beneficiorum, sed etiam pensionum.
- 87 Pensionarij tenentur ad Collectam per Clericos solvendam sicut ceteri beneficiati.
- 88 Annata sicut solvitur de beneficij excedentibus viginti quatuor ducatos; ita hodie de pensionibus ultra summam ducatorum quatuordecim, & n. seq.
- 89 Et in expeditione litterarum provisionis beneficij, super quo est pensio reservata, solvitur detracta pensione.
- 90 Illegitimus sicut non est capax beneficij, ita nec pensionis sine dispensatione.
- 91 Pensio extinguatur per professionem regularem pensionarij.
- 92 Item pro contractu matrimonij.
- 93 Et quid si pensio fuerit reservata laico de Ecclesia bene merito, aut pro servitio Ecclesie impensio, vel impendendo.
- 94 Et quid si fuerit reservata Clerico pro temporali servitio.
- Et in gratia pensionis an fieri debeat mentio tan de beneficij, quam de alijs pensionibus ibidem vers. Sextò facti, & n. 116.
- 95 Pensionis fructus, sicut & beneficij licite veniunt, & locari possunt dummodo non advitam, vel ultra triennium sine autoritate Pape.
- 96 Pensionarius sine benedictio Apostolico non potest constituere pro pecunia procuratorem irrevocabilem ad fructus pensionis exigendos.
- 97 Cancellaria habet pensionarios pro beneficiatis, & vult in litteris fieri mentionem de pensionibus, sicut de beneficij, & n. 132.
- 98 Beneficium Ecclesiasticum ex sui natura debet esse perpetuum, & n. 118.
- 99 Pensio non vacat, sed extinguatur morte pensionarij, sicut usus fructus morte usufructuarij.
- 100 Beneficium requiritur canonice erectionem, aliàs non est beneficium.
- Vicarius perpetuus constitui non potest sine erectione tituli Vicaria. ibidem.
- 101 Pensio Clerico assignari potest sine illa erectione, aut canonice institutione.
- 102 Pensionarius non dicitur sponsus Ecclesie, nec ullum spirituale coniugium, vel quasi cum Ecclesia contrahit.
- 103 Beneficiatus instituitur, & obligatur Ecclesie.
- 104 Titulus, & beneficium pro eodem assignantur.
- 105 Pensionarius non instituitur, nec ad residendum tenetur.
- 106 Beneficium quamvis resignari non possit; pensio tamen potest extinguatur sine superioris autoritate.
- 107 Diffinitio quid sit.
- 108 Quiddam rei ostendit.
- 109 Et differentie specierum non cognoscuntur nisi per distinctionem.
- 110 Beneficium quid sit.